

SCRIPTA

Numéro Scripta : 8991

Auteur(s) : Robert, Saint-Sauveur-le-Vicomte, Saint-Sauveur-le-Vicomte (abbé)

Auteur(s) : Guillaume, Coutances, Saint-Lô (abbé)

Auteur(s) : Hambye, Notre-Dame (abbaye)

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1197

Action juridique : règlement conflit

Langue du texte : latin

Analyse

Au nom du pape Célestin [III], les abbés R[obert] de Saint-Sauveur-le-Vicomte, Guillaume de Saint-Lô et Guillaume d'Hambye règlent le différend survenu entre l'abbaye de Savigny et son vicaire Richard de Sourdeval, d'une part, et Richard de Polley, archidiacre de Coutances, d'autre part, au sujet de l'église de Sourdeval.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Müller Harald, *Päpstliche Delegationsgerichtsbarkeit in der Normandie*, 12. und frühes 13. Jahrhundert, Bonn, Bouvier, 1997, 2 vol., t. 2, n° 109, p. 224-225.

Texte d'après a

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit, R. Sancti Saluatoris, Willelmus de Sancto Laudo, Willelmus de Hambeia abbates salutem in Domino perpetuam. Ad noticiam uniuersitatis uestre uolumus peruenire, quod cum causa que uertebatur inter G. abbatem et conuentum Sau(igniensem) et Ric(hardum) de Sordaualle eorum uicarium ex una parte, et Ric(ardum) de Poilleio archid(iaconum) Const(antiensem) ex alia parte, super ecclesia de Sordeual, nobis a Celestino summo pontifice commissa fuisset audienda et fine debito terminanda, et partibus in presentia nostra constitutis dictus arch(idiaconus) prefatam ecclesiam peteret contra memoratos abbatem et conuentum et uicarium qui cum omni integritate possidebant, tandem controuersia ista in hunc modum per concordiam conqueiuit : Dictus siquidem arch(idiaconus) omnino liti prefate renunciauit et in uerbo ueritatis firmiter et fideliter promisit, quod ipse unquam ulterius abbatem et monachos Sauign(ienses) aut eorum uicarium super illa ecclesia molestabit. Abbas autem et monachi attendentes eius deuotionem quam erga eorum monasterium exhibebat et eius liberalitatem uolentes respicere, maxime cum eius sollicitudo et diligentia eorum ecclesie possit esse perutilis, dederunt ei III lib(ras) And(egauensium) in perpetuum beneficium per manum abbatis singulis annis percipiendas in nundinis de Monte Mart(ini), donec uelint ei in competenti beneficio prouidere quod ipse uelit accipere. Et abbas pro se et conuentu promisit in uerbo ueritatis se compositionem istam firmiter et fideliter seruaturum. Vt ergo concordia dicta in iure coram nobis facta sollempniter memoriter teneatur, eam duximus litterarum nostrarum cum nostris sigill(is) munimine roborandam. Actum est hoc anno ab incarn(atione) Domini M°C°XC°VII°. T(estibus) his : Rad(ulfo) arch(idiacono) Baioc(ensi), Gaufr. eius fratre, Vnfrido nepote eius,

W(i)ll(elmo) Darel clerico, Ric(hardo) Hairon canonico Const(antiensi), H(er)b(erto) Heremita clerico, Johanne abbate de Alneto, Ric(hardo) de Spineto, Johanne Grael et pluribus aliis.